



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

XXII. De clericis qui de iudicio episcoporum suorum conqueruntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

^{ANNO CHRISTI 416.} scopi deferat: formatæ autem, quæ a primatibus vel a quibuscumque episcopis clericis propriis dantur, habeant diem paschæ. Quod si adhuc eiusdem anni paschæ dies incerta est, ille præcedens adiungatur, quomodo solet. Post consulatum, in publicis gestis adscribi.

XXI.

Item placuit, ut quicumque episcopi, quascumque ecclesiæ vel plebes, quas ad suam cathedram æstiment pertinere, non ita repetierint, ut causas suas, episcopis iudicantibus, agant: sed alio retinente irruerint, siue volentibus, siue nolentibus plebibus causæ suæ detrimentum patientur. Et quicumque iam hoc fecerint, si nondum est inter epis-
*indici-
bus scopos finita contentio, sed adhuc inde contēdunt; ille discedat, quem constiterit, prætermissis * iudi-
cii ecclesiasticis, irruisse. Nec sibi quisque blandia-
tur, si a primate, ut retineat, literas impetrarit: sed,
siue habeat literas, siue non habeat, conueniat eum qui tenet, & eius literas accipiat, ut eum appareat pa-
cifice tenuisse ecclesiam ad se pertinētem. Si autem ille aliquā quæstionem retulerit, per episcopos iudi-
ces causa finiatur, siue quos eis primates dederint,
siue quos ipsi vicinos ex cōsultu primatis delegerint.

XXII.

^m Item placuit, ut presbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici, in causis quas habuerint, si de iu-
dicis episcoporū suorum questi fuerint, vicini epi-
scopi eos audiant: & inter eos quidquid est, finiant adhibiti ab eis ex consensu episcoporum suorum.
Quod si & ab eis prouocandū putauerint, non pro-

Concil. Tom. 4.

Aaa ij

Cod. Cat. cap. 120.
Conc. Afr. cap. 87.
16. quæft. 6.
Placuit, ut quicumque episcopi ec-
clesias.

Cod. Can. cap. 125.
Conc. Afr. cap. 92.
1. quæft. 6.
Placuit, ut presbyteri.

372 INNOCENTIVS CONCILIVM HONORIVS THEODOSIVS IMP.

uocent, nisi ad Africana Concilia, vel ad primates
prouinciarum suarum. Ad transmarina autem, qui
putauerit appellandum, a nullo intra Africam in
communionem suscipiatur.

XXIII.

Placuit, vt quicumque conuersus ab hæreticis,
dixerit se apud eos pœnitentiam accipere, vnuſ-
quisque catholicus episcopus requirat, vbi & ob
quam causam apud eosdem hæreticos pœniten-
tiam suscepit: vt cum documentis certis hoc ip-
sum approbauerit, sibi pro qualitate peccati, sicut
eidem episcopo catholico visum fuerit, tempus
pœnitentiæ vel reconciliationis decernat.

XXIV.

Cod. Can.
cap. 12.
Conc. Afr.
cap. 88.
16. quæſt. 3.
Placuit, vt
quicun-
que. Item placuit, vt quicumque negligunt loca ad
suam cathedralm pertinentia, in catholicam vni-
tem lucrari, conueniantur a diligentibus vicinis e-
piscopis, vti id agere non morentur. Quod si intra
sex menses a die conuentionis, non hoc fecerint:
qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant: ita ſa-
ne, vt ſi ille, ad quem pertinuisse videbantur, pro-
bare potuerit, magis illius ele&tam negligentiam ab
hæreticis, impune vt ibi ſint, & suam diligentiam
fuiffe præuentam, vt eo modo eius cura * folertior
* vitaretur, cum hoc iudices episcopi cognouerint,
ſuæ cathedralæ loca restituant. Sane, ſi episcopi, inter
quos cauſa versatur, diuersarum ſunt prouinciarum,
ille primas det iudices, in cuius prouincia eſt locus,
de quo contenditur. Si autem ex communi placi-
to vicinos iudices elegerint, aut * duo elegantur, aut
tres. Quod ſi tres elegerint, aut omnium ſenten-